

- 8 In alienatione bonorum Ecclesiasticis per inutile vitatur, & actus corrumpitur in totum.
- 9 Conclusio, de qua n. 2. procedit etiam in subfeudis.
- 10 Subfeuda regulantur iure allodialium, & de iure communi, non autem iure feudorum.
- 11 De aliis casibus, in quibus jurisdictionalia allodialia regulantur iure feudorum.
- 12 Constitutiones Apostolicas continentem strictionem prohibitionem, quam illam iuris feudorum.

D I S C. CV.

Um in hac eadem causa disputata in Camera, ut supra dicitur, ad repellendam actionem (se fundantem in instrumento emptionis portiones huius castri, ex parte illorum de Stelluris; ego pro eis scribens deducere nullitatem contractus resultantem ex Constitutionibus Apostolicis Sixti V. Clementis VIII. & Urbani VIII. strictionem prohibentium quascumque alienationes bonorum jurisdictionalium in Statu Ecclesiastico existentium, non obstantem benedictio Apostolica ipsi principali contractui praestito non neglectam approbationem reservationem, necum usufructum, sed etiam dominii sub vocabulo patronatus, ipsius venditoris vita durante, unde propterea iuxta magis commune, & receptam opinionem istud pactum non ex intervallo, sed contemporaneè adjectum vitiat totum actum, ex deductis per Apon. conf. 12. & de post. Praxi. de re futat. feudorum, §. 2. Rovit. prag. 4. de feud. n. 9. cum seqq. Marcian. disp. 80. Franch. decif. 126. Hodier. ad Surd. consil. 173. n. 9. Salgad. in Luby. par. 1. cap. 34. n. 22. & 23. ac alios, de quibus dicitur dicitur apud quos promittitur agit, tam de pacto de retro vendendo, quam de reservatione usufructus, aut similibus conventionibus, quae ipsius feudi onus, servitutum, vel divisionem conclusionem esse veram in feudis, de quibus allegati loquuntur, creditur etiam non applicari ad casum controversiae, in quo agitur de bonis allodialibus, quamvis jurisdictionalibus, nullam habentibus qualitatem feudalem, nisi illam remotam, & Impropriam, qua consideratur pro alio dominio, & Imperpetuum, ut frequenter in aliis locis, in proposito huiusmodi casuum, & bonorum jurisdictionalium Statu Ecclesiastici sub natura allodii, magis quam feudi, quae propterea certum est non regulari iure feudorum, sed iure communi ad instar aliorum bonorum indifferenter, & consequenter intrare terminos cap. imperatoriam de prohibita feudi alienat. per Federic. cum quibus superius allegati, & ceteri procedunt, fortis verò Regnicola cum terminis Constitutionis Constituentem Divae memoriae, dictam alienandi prohibitionem magis applicant.

Concessa verò nova audientia, cum sensu etiam veritatis, dicebam pro meo iudicio istud videri aequivo cum clari, quoniam conclusio praedicta non provenit ex peculiari qualitate feudorum, in quibus antequam ederetur dicto cap. imperatoriam, de prohib. feudi alienat. per Federic. hac non procedebant; sed provenit ex ipsa prohibitione, quae facit, ut bona prohibita efficiantur differentia, & extra commercium qualiacumque sint, atque vis, seu ratio conclusionis non consistit in qualitate feudali, sed in inspectione actus ob defectum benedicti, quod sub decreto irritanti requiritur, ut illud intervenire debeat, nedum in ipso contractu, sed in omnibus aliis pactis, conventionibus & oneribus, ubi haec non adiunguntur ex intervallo, sed contemporaneè, & correspondivè tamquam per unicum actum, idque propter individualitatem voluntatis, quam abesse praesumitur in totum, nisi contractus in omnibus ejus partibus impleatur; atque haec est ratio generalis dictae conclusionis generaliter proinde procedere debentis in omnibus casibus, & contractibus, quibus eadem ratio convenit, ex vulgari axiomate, super quo plurà colligit Barbof. axiom. 197. n. 3. & seqq. ut ubi eadem est ratio, idem jus statui debeat; & sic, ut idem dicendum sit in alienationibus, aliisque contractibus bonorum, quae subjacent fidei commissis, & majoratibus expressis, nedum legis, sed etiam hominis prohibitionem habentibus, & de quibus principaliter agi profertur, Salgad. ubi sup. & alibi in eodem tractatu ceteri apud eum, perficando generaliter terminos feudorum cum illis majoratuum, actum officiorum, aliorumque iurium Regalium, necnon beneficiorum Ecclesiasticorum, & similibus bonorum differentium extra commercium existentium, in quibus eadem militet ratio, eum frequentius agatur de feudis, quia in istis est antiquior prohibitio, moderno solum tempore introducta in huiusmodi

bonis jurisdictionalibus allodialium, magis quam feudalem naturam habentibus, dum id originatum est a Constitut. 3. Sixti V. quae neque generalem prohibitionem committit, sed restrictam solum ad tres contractus venditionis, donationis, & permutationis; ampliatam deinde per Clementem VIII. & alios successores Pontifices. Prout in primogenituris; fidei commissis, & majoratibus modernis est usus illatum prohibitionem hominis, quae insinuat actum ipso iure; potissime in Hispania, ubi cum majoratus faceret illam figuram, quam in Italia, & Germaniam facit feuda dignitatis, prohibitiones resultat magis ab auctoritate Regia, per viam legum generalium, vel particularium adjectarum in singulorum majoratum erectionibus, quam ex ipforum testamentum dispositionibus; ideo non mirum, si antiquiores de feudis solum loquuntur, quia tunc in eis tantum frequentius huiusmodi quaestiones cadebant ob non adhuc usum receptum, sed introductam talem prohibitionem etiam in allodialibus.

Unde etiam in beneficiis nedum prohibita est ipsa resignatio ad favorem abque Apostolica auctoritate sub reservatione pensionis, aut alia conventionione temporanea, quae simoniacae remanent, sed etiam resignatio, quam ipsa pensionis reservatio fiant cum Apostolica auctoritate, quae tamen non interveniat in aliquo pacto accidentaliter, quae extinguendi pensionem pro certa summa, five praedicti cedulam bancariam, aut quid similibus, adhuc actus vitiantur in totum, atque censetur simoniacus, ut ceteris deductis firmatur in Tolitana Archiepiscopatus 13. Junii 1677. coram Albergato, & admittitur in aliisque revocatoribus 3. Junii 1678. & 10. Martii 1679. coram eodem, quae duae posteriores sunt impressae post Zuffum de leg. praes. decif. 40. & 43. dum à prima receditur ex sola circumstantia facti, quod narratum est per Papae Id approbanti, sed non legitur in literis, quia de stylo officiales Datariae in supplicationibus solent haec cancellare, ut habetur in eadem causa Tolitana sub tit. de beneficiis.

Ac etiam habemus frequens in materia alienationis bonorum Ecclesiae, iuxta terminos Extravag. Ambrosio de rebus Eccl. non alienant, quod uti per inutile vitetur, atque actus totus corrumpatur etiam in parte licita ob mixturam conventionis illicitae, quamvis super contractu principalis sit benedictum, idque ob individualitatem voluntatis, quousque alia conventio est contemporanea, ex collectis per Molinam & Add. de primog. lib. 2. cap. 23. num. 28. Merito decif. 826. num. 3. Rot. in Bojanen. Affidus 5. Junii 1632. coram Albergato, & frequenter, & consequenter five agatur de feudis, five de quibuscumque aliis rebus eadem prohibitionem habentibus, eadem est ratio.

Et probatur ex eo, quod dicta conclusio recepta est etiam in feudis planis, & de tabula, ut tamquam absolutum habetur apud Franch. d. decif. 126. num. 2. & apud Hodier. dicitur decif. 173. num. 11. & tamen haec, ubi sane, pure, & simpliciter talia, non autem quaerantur iuxta subdistinguentem distinctionem, de qua supra in Mantuana dicitur, regulantur iure bonorum allodialium indifferenter, non autem iure feudorum, ex deductis per Rovit. decif. 42. num. 1. & per not. cum aliis dicitur dicitur.

Atque magis ad rem, & in terminis specialibus bonorum jurisdictionalium Status Ecclesiastici habentium dictam prohibitionem, quod circa benedictum ponderari, ac attendi soleant ea, quae per feudistas circa assensum ponderantur, insinuabunt rigorem cum quo in proposito idem Tribunal processerit in Civitate Castellana jurisdictionis, de qua supra dicitur dicitur, 66. cum moderna praesertim constitutione Apostolica circa huiusmodi bonorum alienationis prohibitionem latius patere videantur, quam d. l. Imperatoriam, dum nedum graviore poena adjuvantur, atque prohibito extenditur ad contractus forsan sub dicta lege non comprehensos, sed etiam prohibetur ipse tractatus alienandi, vel contrahendi; ideoque dicebam omnino improbabilem esse dictam contrariam resolutionem negantem praefata conclusionis applicationem ad casum; verum repropofita causa, adhuc perlitum fuit in decifis ex eodem fundamentum, quod doctrinae loquantur de feudis, & quod haec sint bona allodialia, & tamen supra in Civitate Castellana dicitur, 66. idem Tribunal in materia invaliditatis assensus, five benedicti Apostolice processit cum feudistis, & cum longe majori rigore; talia sunt facta caufarum, quae quotidie experimur, ex ingeniorum varietate; unde propterea non immerito litium, & caufarum eventus inter casus sortitos numerari quandoque solent.

NEAPOLITANA CONCURSUS CREDITORUM
PRO CARDINALI, ET FRATRIBUS DE RAGGIIS,
CUM ALIIS CREDITORIBUS.

Casus decifus per S. Consilium Neapolitanum pro Raggiis.

De assensu super obligatione feudorum dignitatis, an & quando praestari possit in Regno Neapolitano pro illius Proregem, vel praestari debeat per Regem.

Et aliqua de feudo empro de aliena pecunia in persona alterius, cuius facti, an domini pecuniae, vel eius sub cuius nomine emptum est, ita in tunc, necne regula, plus valere quod agitur, &c.
Et an in feudis inter separatorem bonorum in concursu inter creditores haereditis cum assensu, & creditores defuncti sine assensu.

S U M M A R I U M.

- 1 Fallit series cum punitis disputatis.
- 2 Decifio casus.
- 3 Debita contracta per heredem gravato de ordine, & precepto testatoris, dicuntur esse ipsius testatoris.
- 4 Creditoris defuncti etiam posteriores, vel in sola personaliter praesertim creditoribus haereditis, quantumvis anterioribus, & privilegiatis, ac etiam legatariis.
- 5 Quod procedat etiam in feudis.
- 6 Contrarium verius, quod in feudis non habeat locum beneficium separationis bonorum.
- 7 Idem in officiis remissive.
- 8 Empro facta per unum nomine alieno, & ad illius modum, illi acquiritur.
- 9 Fallit in feudis, in quibus attenditur modum factum, non admittitur simulatio.
- 10 Quid de herede gravato acquirente bona cum pecunia hereditaria.
- 11 Quid importet declaratio, seu recognitio veritatis, & cesso, quam acquirens faciat ad beneficium domini pecuniae.
- 12 Prorex Regni Neapolitani dare non potest assensum super alienatione, vel obligatione feudorum titularum.
- 13 Declaratur, quomodo & quando id procedat.
- 14 Gratia, & provisiones in Regno Neapolitano debent expediri in forma privilegii, & executori infra annum.
- 15 Declaratur quando id procedat.
- 16 De gestis per officiales ita se publicè gerentes, quod ratione publica fidei subsintantur.

D I S C. CVI.

DE anno 1608. Paris Pinellus, de pecunia Cardinalis Pinelli patris emit feudum, seu Statum Civitatis Sancti Angeli in Aprutio pro pretio ducatorum 120. mil. deinde verò de ann. 1611. mortuo Cardinali perficit emptionem feudorum Aquavivae, & Joviae ab ipso Cardinali vivente praetata, & conclusam, atque ab eodem mortuorum demandatum pro pretio ducatorum 350. mil. in quorum partem in se accollavit tot debita Ducis Hadriae venditoris in summa ducatorum 156. mil. Cum autem de anno 1628. dictus Paris obiisset abque filiis, unde propterea factus est casus substitutionis per dictum Cardinalem ordinatae ad favorem lineae Joannis Augustini Pinelli, atque ob diminutionem valoris dictorum feudorum Joviae, & Aquavivae, necnon ob augmentum debiti ex fructibus interim decursis, dicti creditores accollit regrestum quoque habuissent ad dictum Statum Civitatis Sancti Angeli; hinc propterea exortio inter eos, ac Mutium Pinellum dicti Joann. Augustini filium, & Cardinalis haereditem fidei commissarii lite in Sac. Consilio Neapolitano, duae ex parte dicti fidei commissarii opponebantur exceptiones; primò, quod iste Status, utpote emptus de pecunia Cardinalis ad ejus commodum, & incommodum, ut idem Paris agnovisset, & declaraverat, ad dictam haereditatem spectaret, & declaraverat, ad affectus debitis dicti Paris, ut supra occasione dictae alterius emptionis post mortem Cardin. contractis, vel

quod ex beneficio separationis bonorum potior esset conditio ipsius Mutii ejusdem Cardinalis creditoris; quamvis sine regio assensu, & secundo, quod cum fundamentum creditorum consisteret in Regio assensu, cuius ratum praetendebant antelationem creditoribus defuncti, seu aliis anterioribus creditoribus ejusdem Parisius, tale fundamentum corrueret ex defectu assensu, utpote praestiti per Proregem, cuius potestas ex pragmat. de feudis, cap. 9. non se extendit ad feuda dignitatis, seu titulata, tam circa alienationem, quam circa obligationem; cumque inter dictos creditores adessent Cardinalis, ac alii fratres de Raggiis, ex parte dicti Cardinalis super praemissis difficultatibus de proprio sensu consultus fuit.

Respondi non omnino tutum, & adaequatam iudicium in istiusmodi Tribunalium particularibus materiis dari posse per tunc versantem Romanam Curiam continuò spatio annorum 20. praevia etiam absentia ab illis Tribunalibus, quorum praxi adolescens incubueram alio spatio annorum quinque, in quibus in morbum thysis verè prolapsus dictam Civitatem deserere, atque sub nativo aere vivere ex medicorum consilio coactus, in munere praesertim Vicarii Capitalaris, deinde Generalis occupatus, cum consueto patrio otio, in facilibus ac planis materiis ecclesiasticis versatus fueram.

Ut autem aded benevolo, & munificenti Domino parem, cum ea tali quali notitia quam dicta adolescentia praesertim, ac librotum revolutio praebere poterant, respondi, etiam cum sensu veritatis, dictas exceptiones parum relevantes videri, atque iustitiam creditoribus assistere, prout eventus comprobavit, nam ita de anno 1665. per S. Consilium ad favorem creditorum iudicatum fuit, & de qua decisione testatur modernus elaboratus de Luca Melphitenus in additionibus ad Franch. decif. 77. n. 16. atque decifio mihi visa est iusta & probabilis.

Expendendo igitur dictas exceptiones, quatenus pertinet ad primam, omnis difficultas cessare videbatur ex solo facto, quoniam dictam secundam emptionem feudorum Joviae & Aquavivae ab ipso Cardinali vivente praetaram, de ejusdem precepto dictus Paris heres perferat, & consequenter istud dicendum etiam veniebat debitum dicti Cardinalis ejusque hereditatis, ad text. in l. huiusmodi familias, §. divi, ff. de leg. 1. & leg. per. §. praedictum, ff. de leg. 2. cum concordant. collectis per Fusar. de substit. qu. 34. n. 1. & ceteris allegatis firmatur per Rotam in Bononien. pecuniaria 2. Maji 1661. coram Albergato impressi, post Rodriguez de concursu credit. decif. 25. & in eadem 22. Martii & 19. Junii 1662. coram Emeric, & habetur pluries de dictum sub tit. de fidei. praesertim in Bononien. separationis bonorum de Dononis, & in aliis, quia idem est res alienum contractum esse ab ipso fidelicommittente, ac ab herede gravato de ejus ordine seu mandato.

Et nihilominus, ubi etiam haec facti circumstantia cessaret, ita ut istud esse debitum praesertim Parisius haereditis gravatae, non autem Cardinalis testatoris, quodque admitteretur dictum feudum, seu Status Civitatis Sancti Angeli utpote emptum de pecunia Cardinalis, ac ad ejus commodum & incommodum, sibi ejusque haereditati acquisitum esse, adhuc tamen potior remanebat conditio dictorum creditorum haereditis cum assensu, quam conditio testatoris sine assensu; licet enim receptum iuris principium sit, ut ex beneficio separationis bonorum, in bonis allodialibus, & indifferenter, creditores defuncti quamvis posteriores, vel in sola personaliter, in istius bonis vincant creditores haereditis quantumvis hypothecarios, anteriores, & privilegiatos l. 1. & tot. ff. de separat. bonorum, Franch. dec. 374. Surd. decif. 310. quod etiam ad legatarios quamvis conditionales purificata conditio extenditur, ut dec. 269. p. 6. dec. 17. part. 7. rec. & pluries.

Quod procedere etiam in feudis subsistent Anna & ceteri apud Capic. Latr. consultat. 99. ubi partes creditorum defuncti late subsistere conatur, at tamen in feudis huiusmodi Regni Neapolitani, magis probabilis videtur; atque in illis Tribunalibus recepta est contraria opinio, quam ceteris rellatis subsistent Joan. Andr. de Georgio alleg. 18. & Theodor. allegat. 83. ut in feudis locum non habeat d. titulus de separatione bonorum, sed regulando solum anterioritatem ab assensu, creditores haereditis illum habentes vincant creditores defuncti illum non habentes, vel habentes posteriorerum, cum regula cap. prior, ab assensu tempore normam recipiat, quoniam ille est qui animat, & informat actum, atque jus reale in huiusmodi bonis prohibitis imprimet. Quod etiam Curiae praxis docet in officiis venalibus, in quibus ille qui

habet reservationem decreti, quae ubi datur habentibus jus crediti, non autem domini, idem est ac assensus super feudis, est omnibus potior ac primum locum obtinet, ut pluries in sua materia officiorum sub tit. de Regalibus, cum similibus.

Præterea observabam hæc deduci ad superabundantiam, cum non subsisteret facti præsuppositum, ut hoc feudum ex dicta prima acquisitione proveniens esset in dominio Cardinalis ejusque hereditatis, dum non sub ejus nomine, sed sub illo Paradis illud cum Regio assensu emptum fuerat, ipsaque Paris in quinterionibus Regiæ Curie inter feudatarios descriptus. Quamvis enim in rebus allodialibus in differentibus locum habeat, ut plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur, proindeque acquisitiones per aliquem de aliena pecunia, & ad commodum ipsius domini pecunias, ita declarant acquirentes, factæ illi acquirantur, ex deducto per Cayalec. dec. 221. & 343. Burat, dec. 733. dec. 153. per 7. rec. & frequenter.

Attamen id non procedit, in feudis in quibus spectatur nudum factum, illeque dicitur feudatarius, sub cujus nomine feudum acquisitum est, & quem Rex habet descriptum in suis quinterionibus, qui solum remaneat domini pecunie debitor, sive quoad ejus præjudicium pati tenetur, ut dominus pecunias, ad ejus commodum verè & realiter acquisitio facta est, habeat ipsius feudi tenentiam ac facultatem percipiendi fructus, & emolumenta, jure tamen simplicis commoditatis, prout nudus facti est, non percipientis ipsius feudi substantiam, neque jus in illo, vel ad illud tributius, ut ceteris relatis Aponte cons. 45. numer. 14. & seq. lib. 2. Galeot. lib. 1. contr. 28. numer. 66. & seq. de Marin. resol. 38. lib. 2. Rot. in Respon. decimarum coram. Bichio, impres. apud eundem Marin. ubi supra. & repetita dec. 100. p. 9. rec. ac habetur in pluribus in præcedentibus insinuat, unde propterea dicta hereditas Cardinalis remanebat solum creditrix Paradis heredis gravati in dicta pecunia, eodem modo, quo etiam in bonis allodialibus & indifferentibus hæredes gravato acquirentes ad proprium nomen bona de pecunia hereditaria, ipsa bona efficiuntur de ejus dominio, ipso remanente solum debitor fideicommissi in dicta pecunia restitutione, quod solum limitari solet, ubi præcedit expressum restatoris præceptum de investiendi pecuniam hereditariam ad commodum hereditatis, ex collectis in Catecen. coram Cerro dec. 308. numer. 3. & seq. part. 11. recen. & habetur in sua materia sub tit. de fideicom. in eadem Calacen. & in aliis frequenter.

Neque premissis obstat videbatur, quod idem Paris facta acquisitione prædicta, & agnoscendo veritatem, illic prælati Cardinalis pariter cessisset dicti feudi regimen, administrationem, jurisdictionem, ac fructus & emolumenta, quoniam ut habetur supra in Tribuna. castorum. dis. 61. & in Romana, seu status. Ecclesiastici in feudationum. dis. 61. & in aliis, hujusmodi cessiones non tangunt substantiam feudi, neque dominium, aut aliud jus reale cessionario tribuunt, sed solum important dictam commoditatem, ut nudus facti est, quod etiam in specie advertitur in d. Rossan. coram Bichio, ac apud Marin. & aliis ubi supra.

Quare difficultas restringi videbatur ad secundam exceptionem super præsentia invaliditate assensus ex defectu potestatis Proregis, ejusque collateralis Consilii, dum agebatur de feudo titulo, seu dignitate, stante dispositione d. prag. 4. de feudis, c. 9. edita de anno 1531.

Istud verò obiectum mihi bene tolli videbatur cum reservatione data per istorum Advocatos, quod scilicet dicta pragmatica moderata esset per aliam prag. 17. eod. tit. de feudis, editam de anno 1561. ut dictus defectus potestatis percuteret formalem alienationem feudorum titulariorum per viam translationis domini, non autem eorum obligationem, ut ex contextu dictæ pragmatice clare patet, & de qua habilitatione mentionem facit de Marin. resol. 32. in prime. lib. 2. Et quamvis per litteras Regias expeditas de anno 1578. & in Regio publicatas de anno sequenti, denudò hujusmodi facultas restricta fuerit, restitendo pristina prohibitionem, unde propterea per prag. 21. de feudis statutum est, ut ex tunc in assensibus in futurum præstantis apponeatur clausula exceptis feudis titularis, quæ semper subinlatergetur quamvis appositam non esset, nihilominus ob novam gratiam superventam de anno 1586. de qua mentionem faciunt Tappia lib. 6. juris Regni, tit. 22. in annot. ad prag. 4. de feud. num. 38. Rovit. ad prag. 27. de feudis, & ceteri Regnicolas, eadem potestas quoad obligationem tantum, non autem quoad alienationem reintegrata fuit.

Remanere solum videbatur difficultas, quod ista nova gratia utpotè non executoria, infra annum vim non haberet, postmodò quæ neque de super expeditum fuerat privilegium in forma Regiæ Cancellariæ juxta pragmat. primam, de privileg. & pragmat. quintam, de hie memorial. & de quibus habetur etiam actum per Rotam occasione Regiæ assensus in Romana census, seu depositi coram Duno. inter suas dec. 604. & 622.

Verum non videbatur relevans difficultas, quoniam hæc procedunt in gratiis, & assensibus particularibus concessis super ceteris negotiis ad instantiam privatorum, non autem super decretis & provisionibus editis per viam legis generalis, ut advertitur per Larat. conf. 2. num. 47. & Theodor. alleg. 53. n. 7. cum seqq. Quod in simili habemus in regula Cancellariæ de non judicando juxta formam supplicationis, literis non expeditis, quia procedit in gratiis particularibus ob jus officialium Cancellariæ, non autem in iis quæ decernuntur per viam legis seu provisionis generalis.

Et quoad executionationem infra annum, illa implicite ac de facto satis sequatur erar cum tot multiplicatis actibus tam longo temporis spatio, & cum adeo longæva & continuata observantia, & tamen ubi etiam de hac potestate, attendita formula, seu verbis decretorum, debitor possit pro actibus futuris, nullatenus tamen dubitandum veniebat de præteritis, tum ex regula text. in l. Barbarius, ff. de offic. Protoris, tum quia in ipsum esset ac irritabile, ut sub hac bona, & publica fide contrahentes ita decepti remaneant, ex deductis in proposito per Aponte. conf. 11. vol. 1. num. 36. & seq. & late in allegacionibus impressis in adnot. ad decis. Sanelicis fol. 43. numer. 24. & 25. Ac etiam quia ubi aliquis officialis publicè & palam, ac per plures actus reiteratos aliquali gerit, presumitur quod sufficientem habeat à Principe auctoritatem expressam, vel tacitam, ut satis bene Bal. qui dicit notandum & menti tenendum in l. exemplo, ad fin. vers. extra queritur, C. de probat. Felin. in cap. cum inter. n. 11. vers. limitat. de legat. Paris. conf. 104. num. 54. lib. 1. Gabriel. de probat. concl. 3. numer. 11. ad den. ad decis. ult. n. 11. de consuetud. in novis. Fuit hæc de primis adnotationibus ad propriam instructionem, & memoriam editis, sed ex inadvertentia Amanuentis ejus impressio inter primas neglecta fuit.

TAURINENSIS SEU ASTEN. FEUDI PRO COMITIBUS MONASTEROLI DE SOLARIO CUM COMITE JOANNE BAPTISTA ETIAM DE SOLARIO.

Responsum in causa veniente in Senatu Pedamontano.

An, & quando feudum sit alienabile in præjudicium agnatorum, & præsertim an alienari possit in agnatos comprehensos in investitura remotiores in præjudicium proximiorum; & quatenus non, infra quantum tempus jus petendi revocationem alienationis præscribitur; & de probatione proximitatis, seu agnatiæ qualitates.

Et incidenter aliqua de differentiis in hoc proposito inter feuda regulanda ad terminos juris communis feudorum, & feuda Regnorum utriusque Siciliæ.

S U M M A R I U M.

- 1. Falli series.
2. De qualitate feudorum utriusque Siciliæ, ut non regulentur jure communis feudorum, & de pluribus differentiis inter hæc feuda & alia.
3. De punctis, seu inspectionibus controversiis.
4. De probatione resultanti a sacramento feudatarii.
5. Quando & ad quem effectum dicta, vel similia probatio generica attendatur.
6. Quando proximitas, vel descendencia sit specificè probanda per gradus distinctos.
7. De eadem materia probationis descendencia, vel conjunctivis in materia juris patronatus, vel fideicommissi, & quando requiratur specificè per gradus distinctos, & quando sufficiat generica.

- 8. Quod feudatarius possit disporre de feudo in agnatum remotiorem excluso proximiorum.
9. Contrarium verius ac declaratur, quando id liceat.
10. An feudum antiquum dividuum possit erigi in primogenituram remissivè.
11. De rationibus, ob quas non competit facultas, de qua numer. 8.
12. De differentiâ inter fideicommissum conservatorium, & fideicommissum restitutorium, & quando gravatus possit disporre in remotiorem de genere.
13. Facultas data per restatorem descendentiibus alienandi inter sese, quomodo intelligenda sit.
14. Ubi concessio est pro heredibus, & successoribus, feudum est alienabile, & libere dispositionis.
15. Declaratur quomodo & quando id procedat.
16. De feudis mixtis, & quæ qualitas hereditaria requiratur.
17. Quod per clausulas ad habendum, & quicquid placebit, feudum fiat alienabile.
18. Declaratur quando dictæ clausule id operentur, & quando non.
19. Stant simul feudum esse restrictum ad certum genus, vel tempus, & ad quem esse alienabile.
20. An in hoc differt dispositio pro contractu, vel per ultimam voluntatem, & an pervertatur, vel non pervertatur natura feudi.
21. Quod ubi in investitura est scriptus ordo succedendi, ille non possit alterari, & quid operentur clausula dantes facultatem alienandi.
22. An facultas data dividendi, vel alienandi inter sese tollat ordinem successione.
23. De decretis Ducibus Sabaudiæ, ut pro debitis feudatarii feuda pacti & providentia alienentur.
24. De Bulla Bonavice potest excipiendi opponi coram quocumque iudice.
25. De aliquibus ponderacionibus super feudi alienabilitate.
26. Infra quantum tempus agnatus debeat revocare alienationem factam in alium agnatum, & de materia remissivè.

D I S C. CVII.

DE anno 388. Amadeus de Sabaudia Princeps Achajæ nuncupatus possidens castrum Casalis Grassis, emptionis titulo questum ab illis de Romagnano & de Provano, sub reservatione beneplaciti Comitibus Sabaudiæ, ac jurium feudi directi domini & superioritatis, castrum prædictum concessit in feudum, pro medietate Joanni Philippo & Agastino fratribus de Solario, & pro alia medietate Philippo etiam de Solario prædictorum consobriño condominis loci Moretta, pro fe eorumque hereditibus, & successoribus, cum clausulis ad habendum, & quicquid placebit perpetuè faciem, & cum promissione evictionis pro convento pretio sub introitu, seu introgiurum vocabulo explicato florenorum 6500. auri ad rationem solidorum 32. Vienn. pro quolibet florenno, sub diversis pactis, & conditionibus, præsertim ad rem facientibus, quod concessio intelligatur pro liberis & descendentiibus masculis, legitimis, & naturalibus, feminis omnino exclusis, & cum reciproca, tam inter descendentes, quæ subierit lineæ directivæ, quam de lineæ ad lineam, exclusis etiam profentibus in Religione, quibus omnibus defectis revertetur ad concedentem; adjecta etiam facultate dividendi feudum prædictum inter sese, atque per divisionem, seu aliter, vel pluribus in toto, vel in parte adjudicandi, itaut qui habuerit teneantur ad ejus onera proportionabiliter, & qui non habuerint, sint exempti. Cum autem quedam dicti castri portio possideretur per Comitum Joannem Paulum Solarium, hic de mense Aprilis 1665. illam cum quibusdam oneribus donavit Comitibus Monasteroli etiam de Solario, quos ipse donator cum juramento asseruit esse agnatos, & de eadem descendencia successiones dicti feudi capaces, quales etiam dicti donatarii se probantur, unde possessionem adepti sunt, atque sequuta dicti donatoris morte in proximo mense Junii, Comes Franceachinus de Solario, qui se proximiorum agnatum prætendebat, agnoscendo per actum extrajudicalem dictam successione, ac jus revocandi, protestatus est ex iustis causis tunc impediendibus deducere non posse ejus jura suis debitis, & opportunis temporibus deducenda, quæ moriens de anno 1657. renuntiavit Comiti Joanni Baptista filio, qui post plurimum annorum silentium, de anno 1664. iudicium depulsum instituit in eo celebrari Senatu Pedamontano, unde desuper ex parte dictorum Co-

mitum reorum conventorum consultus ad causæ opportunitatem, cum præsertim ex parte eorum Agentis expressa esset spes per ipsos concepta de me tanquam Regnicola, ob magnam feudalis materiam peritiam, quæ in ea regione habetur.

Dixi in hac parte, quod licet verum sit præsuppositum magne peritiæ & doctrinæ Regnicolarum utriusque Siciliæ in hac feudali materia, nihilominus eorum doctrinæ & auctoritas in proposito parum, aut nihil potestesse poterat, ob magnam illorum feudorum alterationem, & successivè differentiam cum aliis feudis, quæ juxta generales consuetudines, seu jus commune feudorum regulanda sunt, & quod jus quodammodo omnino exulare videtur ab illis feudis, quæ cum particularibus ipsorum Regnorum Constitutionibus, Capitulis, Pragmaticis & gratiis ferè in omnibus regulantur. Præsertim verò ibi omnino extraneæ remanent quæstiones in hac facti specie cadentes, tam circa facultatem alienandi inter agnatos, quam circa facultatem revocandi alienationes jure agnacionis, vel proximitatis competentem, cum per Constitutionem incipientem Constitutionem divæ memoriæ, excepto solo casu refutationis pure, & non pactonate in proximè successurum, non deat valida alienatio, vel dispositio sine Regio assensu, quo deficiente, facultas revocandi ipsimet alienanti expressè conceditur, in viridi observantia existens; Quæ autem accedente non datur casus revocacionis faciende pro agnato jure agnacionis & investituræ, præsertim in hoc Regno Siciliæ ceterioris ob annexam qualitatem hereditariam; unde hujusmodi quæstio aliquando cadere potest in altero Regno Siciliæ ulterioris, in feudis tamen antiquis habentibus formam pacti, & providentiæ, quæ ibi forma spiritû nuncupatur, prout non cadunt quæstiones in hujusmodi Pedamontanis, aliisque superioribus Italiæ partibus frequenter contingibiles, super successione ad defectum portione feudi per plures possessores, cum ibi, vel ob dictam Constitutionem Constit. divæ memoriæ, juxta unam opinionem, vel de consuetudine juxta alteram, omnia feuda effecta sint individua cum ordine primogenituræ per unam tantum personam possidenda, atque, ut ibi dicitur, juris Francorum; Et ex quo resultat rarè, vel unquam ibi disputari quæstiones super difficili modo probandi agnacionem, seu majorem, vel minorem proximitatem, ut in ista controversia sequebatur, stante ordine lineali & primogenitura, cadentibus solum aliquando quæstionibus circa concursum plurium prærogatarum respectivè, lineæ scilicet, ætatis, gradus, & iexus juxta casum, de quo supra in Panormitana, disc. 3. cum præsupposito tamen certæ probationis attentione omnium concurrentium per gradus distinctos; præsertim verò in hoc Regno citrà, ubi successio nimirum restricta est collateralium ad solum tertium gradum civilem, ex gratiis ampliata ad quartum equalem, vel inferiorem, non autem superiorem, & cum aliis restrictionibus, unde propterea non datur casus, quod incerta sit probatio conjunctionis per gradus distinctos; atque jus protomileos, seu prælationis datur magis ex stylo, seu quadam æquitate, juxta eas, quæ habentur supra in Montis Pelusis, disc. 36. quam ex illa ratione facultatis revocandi post mortem, cui propriè innititur illud jus protomileos, quod de jure communis feudorum competit, juxta deducta in Januen. disc. 37.

Quare procedendo cum solis terminis juris communis feudorum, & cum DD. Germanis, ac Lombardis, potius quam Regnicolis, distinguebam causam in tres inspectiones; unam facti super proximitate, unam scilicet actor fe probaret reis conventis proximiorum, ut per necesse tenebatur, cum proximioritas esset sue intentionis fundamentum; alteram juris super facultate revocandi dictam alienationem, vel potius ipsa inter agnatos quamvis remotiores, utpotè sub investitura contentos, fieri potuerit necesse; Et tertiam, posita de revocandi facultate, an illa præsertim dici valeat, utpotè non intentata intra annum, itaut tot annorum silentium præjudicium actori generasset.

Solidius verò reorum conventorum fundamentum mihi consistere videbatur in prima inspectione, in qua, juxta causæ statum tunc præsuppositum, etiam cum sensu veritatis, dicebam absolutoria locum fore ob non bene ab actor fundatam ejus intentionem super qualitate majoris proximitatis, ex vulgari quotidiano axioma, quod reo & possessori sufficit vincere per non jus actoris, cum in aliis duobus subsequentibus, licet more Advocati causæ interventus plura deducere, tam circa facultatem alienandi, præsertim inter comprehensos in investitura, ex istius clausulis & verbis, quam circa præscriptionem juris revocandi ex amali silentio.

tio resultantem, at tamen considerabam aliquam cadere posse difficultatem, ipsis requiruntibus juxta stylum liberè, ac sincerè infirmatam.

Quatenus igitur pertinet ad dictum primum punctum majoris proximitatis per actorem præsentis, illius probatio verè non aderat per gradus distinctos, ut omnino in hoc proposito necessarium est, ubi scilicet agitur in concursu cum aliis agnatis, & de eodem genere feudi capacibus, ita ut sit quæstio solum pertinentiæ ratione majoris proximitatis; licet enim scribentes pro actore nimium insisterent in eo, quod proximitas sufficienter probata esset cum sacramento ab ipso præstito, ad text. in c. de contentione inter dominum, & fidelem, c. sacramentum de consuetudine rellij fendi, & consiliis de investitura inter dominum, & vassallum cum concordantibus, de quibus post anteriores de more collectos habetur apud Rosental. 6.6. concl. 79. & latius, c. 12. concl. 14. ex nu. 66. ac etiam aliæ darentur probationes super descendentiâ à primis acquirentibus; at tamen id non percutiebat punctum, seu effectum quæstionis, quoniam etiam in reis & possessoriis concurrerant eadem probationes generales super dictâ descendentiâ, & agnatiâ qualitate, corroborate quoque à sacramento, seu juramento præstito per donatorem, & quod ipsimet præstare poterant, sed omnia hæc percutiebant agnatiâ qualitatè in genere, ad effectum scilicet capacitatis feudi, five pro ejusdem feudi probatione in contentione cum Domino pro evitanda devolutione, & ne tanquam incapax repelli posset, cum tunc in antiquis sufficienter probationes etiam administrativæ super descendentiâ in genere à primo investito, five super descendentiâ ab eo, qui fuit in pacifica possessione feudi, atque agnitus fuit tanquam feudatarius, dum in contentione cum Domino nulla requiritur probatio per gradus distinctos, quia five sit proximior, five remotior, nihil refert, cum sufficiat effectus de genere vocato.

Secus autem ubi quæstio est cum aliis agnatis in concursu ad apertam successiõnem, vel fortius ad eos possessores spoljandos, atque feudum ab eis vindicandam ex motivo proximioritatis, quoniam tunc ista tanquam intentionis fundamentum perfectè & conclusivè probanda est per gradus distinctos, & ex qua distinctio convincatur proximioritas, ut in terminis feudabilibus ita distinguendo habetur apud Rosental. concl. 32. n. 24. lib. 3. & Rosental. c. 7. concl. 39. n. 20. velle, nam si pars adversa quoque sit de comprehensis.

Quod habemus etiam quotidianum in terminis jurispatronatus, an scilicet agatur cum Ecclesia, vel cum Ordinario contentente de libertate, vel inter comparatos contententes de pertinentiâ, ex collectis apud Lotter. de beneficiis, lib. 2. c. 11. num. 95. cum seqq. Rota decif. 498. numer. 1. part. 9. dec. 159. n. 9. 255. n. 6. & 301. n. 11. p. 10. & sequius; ac etiam in materia fideicommissaria, quod si comparens probat se esse de genere vocatis, tunc alio non comparente, presumitur proximior, atque sola probatio generica sufficit, secus autem in concursu plurium, quorum unus alterum excludere intendebat, cum similibus, atque hoc pro meo iudicio, reflectendo etiam ad veritatem, cum istius sensu loquendo, videatur solidum motivum, quo mediante actor repellendus veniebat cum reorum absolutoria, dum ob temporis antiquitatem penè impossibilis supponebatur hæc specificâ, & perfectâ probatio per gradus distinctos.

Quo verò ad secundam inspectionem juris, quatenus scilicet adesset dicta specificâ probatio, ex qua constaret actorem esse defuncto proximiorè, reos autem remotiores, quamvis more Consulentiæ causæ intervenientis, & pro scripturæ ornatu deducere plenè, & ingeniosè in proposito deducit per Cephal. conf. 307. ex numer. 18. cum seqq. ac etiam pro ratione dubitandi infirmata per Silvan. consil. 15. ex nu. 21. ad 31. ad probandum, quod etiam in feudis anti-quis pacti, & providentiæ licita sit alienatio in agnatos, quamvis remotiores, quoniam sufficit non egredi genus vocatum, ut prohibitioni alienandi convenum non dicatur; at tamen sincere quoque infirmabam hujus motivi fallaciam, quoniam ista conclusio super licita alienatione inter illos de agnatione, seu genere vocato, non curata graduum, seu majoris proximitatis distinctio, rectè procedit quoad Dominum, non respicere possit eum, in quem alienatio facta est, dum est de genere vocato, five ad effectum evitandi penas contentas in prohibitione alienandi per legem, vel hominem adjectâ, ac etiam pro sustentanda alienatione durante vita, seu jure alienantis, secus autem ad effectum successiõnis, quoniam non potest feudatarius pervertere ordinem successiõnis à jure, vel ab investitura præscriptum, ut verius cæteris collectis probant Silvan. d. consil. 15. a num.

ad 21. & nu. 31. cum seq. ubi respondet sexdecim fundamentis in contrarium ponderatis à num. 21. ad 31. Hartman. Pi. flor. 2. 9. 6. n. 21. cum seq. Rolenthal. c. 9. membr. 1. concl. 52. & c. 10. concl. 39. num. 8. & nominatim reprobat Cephalo d. conf. 307. Giurb. de success. feudorum. §. 2. l. 3. nu. 103. cum seq. & omnes, ita ut videtur hodie conclusio non admittens in foro controversiam.

Si enim juxta ea, quæ habentur supra in Mutinen. & in Mantuana, & in aliis, disc. 9. cum seq. verius est, rejecta sententia Natæ conf. 502. & sequacium, cessantibus feudi alienabilitate, vel Principis autoritate, per eum, qui non sit primus acquirens, non posse in feudo pacti & providentiæ, vel mixto erigi primogenituram, quæ subiectæ materiæ nimium congrua reputatur, ob defectum potestatis præjudicandi secundogenitis æqualis gradus; multo minus danda est hæc potestas prælegendi remotiorum cum exclusione proximioris, atque fatuæ remaneret tot quæstiones, quæ apud feudistas habentur, tam circa necessitatem probandi proximioritatem per gradus distinctos ut supra, quam circa illam apud antiquos fati involutam, licet hodie planam quæstionem super proximitate regulanda magis ex persona primi acquirentis, quam ultimi morientis, vel contra; necnon super representatione, vel subsingulione in gradum corruptum proprii parentis, ut iure remotior proximiori æqualis reddatur, ex iis que in hoc proposito habentur supra in Mutinen. de Rangonis, disc. 9. & in aliis.

Quod etiam habemus in materia fideicommissaria quotidianam ad materiam text. in l. unum ex familia. ff. de legatis secundo, & l. pæto, §. fratre, ff. eodem cum concord. que scilicet, aut agitur de fideicommissio ordinato in casu alienationis, quod nostri conservatorum vocant, & tunc sufficit non alienari extra genus, non curata gradus proximitate; aut de alio fideicommissio in casu mortis, quod restitutorium dicitur, & tunc secus, quia restitutum esse non debet in potestate gravi pervertere ordinem successiõnis à testatore, vel à jure præscriptum, ut satis frequenter in sua materia sub tit. de fideicommissis, præsertim in Romana fideicommissi de Boncompagni, ubi id admittitur tanquam absolutum in casu, quo fideicommissum restitutorium in casu mortis sit expressum, cum sola quæstio cadat, ubi illud deducitur implicite & virtualiter ex ipsa prohibitione alienationis extra familiam, five ex ratione eadem prohibitioni adjectâ, quo etiam casu, adhuc magis recipere videtur talem ordinem perverti non posse; idque adeo verum, ut etiam si per fideicommittentem data sit expressa facultas alienandi inter se, fidei ad intelligatur durante vita, seu jure alienantis, & pro evitandis penis; non autem ut ita revertatur ordo successiõnis in casu mortis, juxta plene deducta per Bellon. jun. conf. 1. & habetur pluries supra d. tit. de fideicom. præsertim in Armen. fideicommissi de Venturis; Et de quo in terminis feudabilibus habetur actum apud Rosental. cap. 9. membr. 1. concl. 42. & Fab. de Anna consil. 53. apud quos cæteri.

Aliquos majoris ponderis videbatur alterum fundamentum naturæ hujus feudi, ejusque alienabilitatis resultantis à dictâ investitura clausulis & verbis, & ad quod solum motivum se restrinxerunt duo alii docti ac primarii hujus Curie Advocati per eosdem reos conventos consulti; & quam alienabilitatem, scribendo ut supra more Advocati deducebant ex pluribus, non singulariter, fed unum ponderandis, cum solita vulgari regula, ut singula que non prosunt &c.

Primo scilicet à concessione facta pro heredibus, & successoribus, quod denotat feudum esse hereditarium, & consequenter alienabile, ex latè in proposito deductis per Cephal. d. conf. 307. num. 40. & sequ. & generaliter omnibus fere collectis & expensis per Rotam in Sarinaten. feudi coram Dunozetto inter suas decif. 748. & 760. repetit. post contror. Contrit. decif. 18. & 19. & in eadem coram Ottobono inter suas decif. 265.

Verum id videbatur parum tutum, quoniam cum ex subsequenti declaratione investitura expressè restricta esset ad descendentes masculos legitimos & naturales, exclusio etiam ex ipsi hereditas sanguinis, tam feminis, quam naturalibus tantum, & etiam legitimis religiosis, quibus naturalis exclusio qualitas hereditaria pure, ex qua resultat alienabilitas, unde propterea intrare non poterat consideratio canonizata in dictis Sarinaten. cum aliis in eadem causa deductis per Capyc. Lat. consil. 75. quod scilicet verbum hereditas adjectum verbis filius, & descendens, hæret ampliativè, cum solum prætendi posset stare qualificativè, ac inducere qualitatem mixtam, in quo, quidquid de particu-

lari

lari consuetudine receptum sit in feudis Regni Neapolitani, generaliter verius est, vel sufficere hereditariam qualitatem primi acquirentis abque illa ultimi morientis, vel quod non itet per successorem sanguinis, quin sit etiam hæres vel familiaris, ex deduct. decif. 399. n. 5. & 6. p. 5. rec. vel si dicta qualitas hereditaria ultimi juxta alteram opinionem necessaria est, quod fuisse hereditarium Inventarii, quo mediante ipsum feudum jure proprio à reliqua hereditate separari possit, ut pluries in præcedentibus infirmatum habetur, & est conclusio vera, & consequenter dicti non potest feudum alienabile.

Secundo ponderabam clausulas ad habendum, & quidquid placuerit faciendum; ubi enim ista duæ clausulæ sint simul junctæ, tunc cessare videtur omnis quæstio, solum cadens in casu quo clausula ad habendum sit sola, non solum æquipolleat alteri, & quidquid placuerit faciendum, &c. sed ubi ista quoque adest, tunc videtur cessare omnis quæstio, ex plene deductis in terminis feudabilibus, & pro feudi alienabilitate apud Roland. conf. 32. numer. 78. cum seqq. libr. 4. Sacca conf. 3. Menoch. conf. 161. Cacheran. decif. 164. Laderch. conf. 1. num. 3. cum seqq. Rosental. c. 9. membr. 1. concl. 42. n. 5. & in glit. C. & D. Fab. de Ann. con. 53. num. 26. Bellon. jun. conf. 30. numer. 1. cum seqq. & alios; Et generaliter in materia emphyteuticæ decif. 26. p. 3. rec. ubi latè adden. Buratt. decif. 87. & sequenter.

Et licet receptum sit, hujusmodi clausulas non esse operativas, ubi investitura expressam restrictionem habet ad certas generationes, & ad certum genus personarum, aut certum tempus; non aliâ ita dato contraditio, vel subiecta correctio, ex iis, quæ ex Baldo, Decio, & aliis habentur in proposito materia emphyteuticæ plene apud Merli. dec. 532. num. 9. cum seqq. dec. 427. num. 12. cum seqq. p. 9. rec. dec. 209. num. 3. p. 10. & 277. num. 9. p. 11. & frequenter; at tamen debeam id rectè procedere quoad ipsum Dominum ita concessiõnem restringentem, & ne finitis generationibus præteritis possit rem esse transitoriam, & transmissibilem ad extraneos, aut non comprehensos, secus autem investitura durante, cum stent bene simul, investituram quoad Dominum ulterius non protrahi, & tamen illa durante, atque in præjudicium comprehensorum in ea, rem esse alienabilem, & liberè dispositiõnem, juxta plene deducta apud Fab. de Ann. dicto conf. 53. & Sard. d. conf. 573. n. 21. cum seqq. Rota dec. 86. part. 5. recem. Mantuana feudi 27. Jan. & 30. Maji 1659. cor. Verospi. in quibus concordantes.

Ut enim patet ex allegatis, præsertim ex Surd. & Fab. de Ann. ubi supra, & aliis apud eos, quæstio est ubi dispositio per feudatarium fiat per viam ultimæ voluntatis, sed ubi sit per actum inter vivos, tunc videtur concordare; five quæstio cadat, ubi de hoc ageretur ad effectum inducendi alterationem qualitatè, vel naturæ feudi, ut isto existente masculino disponsi possit in feminam eum similibus, ex deductis per Fab. de Anna d. conf. 573. Rosental. d. cap. concl. 40. n. 7. & 13. sed ubi dispositio sit, non alterata natura feudi intra idem genus, vel sexum vocatum, atque per actum inter vivos, tunc cessare videtur omnis quæstio, ne aliâ dictâ clausula, fatuæ ac sine operatione remaneant.

Verum & hoc fundamentum non omnino tutum videbatur ex eadem superioribus dicta ratione contraditio, vel subsinguliorum correctiõnis, cum enim in investitura adjecta esset in utraque linea masculina quædam species fideicommissi perpetui, & reciproci, non solum inter illos de qualibet linea discretivè, sed quod magis, de linea ad lineam, utique contrarietas, vel correctio videtur, ita reddere non ad libitum alienabilem, ut iste succedendi ordo inanis remaneret; Et quamvis Surd. d. conf. 573. dicat talem ordinem ita præscriptum non remanere inanem, upotè operativum in casu non factæ dispositiõnis, & juxta quam autoritatem iudicata fuit in Bononien. seu Nonanulana de Pupulis sub tit. de emphyteuti, disc. 52. At tamen ex latius ibi in proposito deductis, id parum probabile videtur, quoniam ubi etiam per hujusmodi clausulas res essent alienabiles in ordine ad concedentem, qui non posset alienationem impedire, vel retrahere, seu ob illam prætere de devolutionem, non autem prohiberetur fuisse videtur ipsis primis acquirentibus titulo oneroso, tanquam per fideicommissum conventionale in ipsomet acquirendi actu adjectum, hunc ordinem præscribere, unde propterea proximioris, magis ex dispositione acquirentium, quam concedentis ita jure fideicommissi vocati censentur, atque ex eodem fideicommissi jure non liceat possessori talem ordinem pervertere, disponendo in remotiorum neglecto proximioris; & sic cessat facultas clausularum, quarum operatio ita adesse dicitur in ordine

Card. de Luca, Lib. I.

ad concedentem, qui aliâ absque hujusmodi clausulis, cum agatur de feudo, impedire posset alienationem, vel factam retractare, ac devolutionem prætere de ex prohibitione juris feudalis in cap. Imperial. de prohib. feud. alien. per Feder. Ac etiam quia alienabilitas bene operativa remanet in ipsis primis acquirentibus, non autem in successoriis; qui stante acquisitione titulo oneroso, ab acquirentibus magis, quam ab infæudante obtinere dicuntur, ideoque ab eis gravari poterunt, ut stante restrictiva super dictis clausulis advertitur per Bellon. jun. d. conf. 30. n. 70. cum seqq.

Tertio deducebam alienabilitatem ab expressa facultate in eadem investitura concessa, dividendi, seu aliter agendi, ut feudum in aliquos obveniat, aliis exclusis, ponderando illud verbum, aliter, discretivè ad divisionem; sed pariter istud motivum non videbatur tutum, ac potius urgere in contrarium, dum conventa facultas in isto casu divisionis arguere, seu supponere videtur regulam prohibivam in contrarium, ac etiam quia id ultra expressum fuit, ut inter ipsos agnatos, five descendentes occasione dividendi alia bona, ita ad tollendam confusionem ac magiam feudi aliorum; bonorum divisionem, prudenter ac bona fide portionis constitui possent; non tamen ut absque causa, & per contractum lucrativum, seu etiam onerosum redirent in lucrum alienantis, penes quem etiam ejus jure resolutio alienationis utilitas in pretio remaneret, licitum sit dictum succedendi ordinem intervertere, ex iis que supra per Bellon. jun. conf. 1. & Rosental. cap. 9. membr. 1. concl. 42. ac aliis apud eos, habentur, ut etiam expressa facultas alienandi inter se data per testatorem non tollat ordinem fideicommissi restitutorii, vel investituræ.

Denum Consulentiis more accendo Ingenium, & cumulando motiva, ponderabam decreta Ducalia hujus Principatus continentia quamdam speciem Bullæ Baronum, & quæ supra ad eisdem Bullæ materiam satis frequenter enunciata habentur; verum pariter motivum non videbatur tutum, quoniam, ut satis iustè & rationally hujusmodi decreta interpretata fuerunt per illum Senatam apud Cacheran. dec. 169. & seq. intelligenda veniunt in debitis verbis, atque ex necessaria, vel saltem iusta & rationally causa contractis, non autem tribuunt facultatem donandi, quam neque concedit Bulla Baronum. Est bene verum, quod cum hæc non esset omnino gratuita donatio, sed cum onere dissolvendi quadam debita dicti feudatarii donatoris, pro hac rata oneris, quatenus debita sint talis qualitatè, quod pro eis intrantem dicta decreta, illa jure exceptionis suffragari possent, nam etiam in Bulla Baronum habemus, & quod quamvis per eam præscripta sit certa forma implorandi officium iudicis, seu autoritatem Congregationis Baronum, cui private competit hæc facultas exequendi, & vendendi bona, fideicommissis & investituris non obstantibus; at tamen excipiendo, ad inane circuitum evitandum, eorum quocumque iudice de illa opponi potest, juxta firmata in Urbevatana coram Dunoz. inter suas, decif. 194. n. 10. & pluries advertitur supra ad eandem materiam hujus Bullæ.

Hæc ponderabam in sola ratione discretiva, seu dubitandi, determinatum tamen iudicium pro veritate desuper non constituendo, cum in causis extra Curiam, non visis iudibus alterius patris, neque habita illa omnimoda facti, ejusque circumstantiarum notitia, quæ defendendo causas presentialiter habetur, illud non de facili efformari possit verum nisi diversè concurrerent facti circumstantiæ, quod repellendum hunc actorem, absque necessitate assumentis hæc aliores inspectiones super natura feudi, ejusque alienabilitate, in tuto esse videbatur jura possessorum ex primo fundamento non probate proximioritatis conclusentem, & per gradus distinctos ut supra, & ex hoc tunc locus videbatur absolutoriæ.

Adhuc tamen quatenus pertinet ad dictum punctum alienabilitatis feudi, saltem intra ipsum agnatorum genus in investitura contentum, ex tot circumstantiis infirmum junctis enim singula dicta motiva singulariter, & de per se considerata suas ut supra patebant difficultates, at tamen simul juncta videbantur aliquos momenti, non possimè non agitur ad effectum omnimodæ alienabilitatis in quocumque extraneos, & cum omnimoda privatione totius generis, seu agnationis, sed intra illud, intra quod ut supra constat, concedentem, & acquirentes non abhorruisset pervertiorem ordinis cum inclusione aliorum, & exclusione aliorum ejusdem generis, ponderando possimè rationem commercii, ob quam ubi feudorum usus est frequens, alienabilitas de facili admittitur, atque usu recepta, quæ quibus investitu-

S U M M A R I U M.

re formula, seu tenor diversimodè disponat, ut habemus in feudis Mantuanis, de quibus supra in Mantuanis feudis. disc. 10. & 11. ubi de pluribus similibus alterationibus; atque in regione huic Principatu adjacenti, Status scilicet Avenionensis & Comitatus Venusini, seu Venasini habemus, quod feuda redacta sunt adinstar alodialium, ut ex Ludovico Bello, Bertrando Tonduti & aliis. Rota dec. 38. numer. 4. & dec. 112. num. 9. p. 11. rec. Et in ipsomet Regno Neapolitano, ubi per illam Constitutionem, quæ incipit, *Constitutionem Divo memorie*, strictè proceditur, nam etiam primus acquirens titulo oneroso absque Regio assensu alterare non potest legem, seu ordinem investituræ, cujus contrarium de jure procedit, ex deductis supra in Parmen. disc. 12. adhuc. tamen ex illorum sapientium interpretatione, accepto usu, donec feudatarius habet successores, & in istorum, non autem Regis præjudicium, de facto, ac respectu effectui illa feuda redacta videntur ad naturam alodialium, dum non solum pro ære alieno, sed etiam pro legatis, aliisque voluntariis dispositionibus successorum feudum ut supra, quavis veniens ex lege investituræ, gravari potest usque ad integrum ejus valorem, ac propterea potest cogi in actione personalis ad vendendum feudum, ut ex pretio satisfactum cum similibus; & in specie in hoc Principatu, quicquid sit quoad præjudicium Domini, ex iis que habentur apud Bellon. jun. conf. 45. quoad successores tamen satis conferte videntur dicta decreta Ducalia, potissime cum d. moderatioe, quod non excedat genus vocatum in investitura.

Super tertia verò inspectione concernente punctum præscriptionis hujusmodi facultatis revocandi, non multum immoratus fuimus, tum quia retento dicto præsupposito non probatur proximioritas, hæc inspectio inanis remanet, nam etiam si ipsamet de sequatæ alienationis hæc revocatio intentata esset, neque proficeret, tum etiam quia ubi agitur de alienatione facta, non in extraneum, sed in agnatum sub investitura comprehendit, nimium vulgaris est theoricæ juris super termino anni & diei præscripto ad hujusmodi revocationem proximioris competentem; quæstiones autem desuper cadentes super excusatione hujusmodi silentii, ac restitutionis in integrum, vel ratione ætatis, vel ratione ignorantie, aut impedimenti, seu aliâ ex clausula generali, ignorantia, &c. & de quibus, cæteris collectis, Rosental. cap. 9. membr. 2. concl. 83. cum plur. seq. sunt potius facti quam iuris, quia totum pendet à singulorum casuum particularibus circumstantiis, ob quantum notitiam deficientem iudicis desuper effortari non poterat, neque maturè discutiri, satis etiam considerabile putando eam circumstantiam, quod non agebatur de pervertendo ordinem in præjudicium filii, vel fratris, aut proximi, cujus proximitas esset certa.

URITANA, SEU JANUEN. LEGATI INTER MARCHIONEM URITANUM, ET FEDERICUM ET CAROLUM, OMNES DE IMPERIALIBUS.

Votum arbitramentale.

Si pro vita militia debita secundogenitis in feudis antiquis relinquatur eis post certam ætatem aliqua summa, an ætas, seu tempus faciat conditionem, vel potius dilationem, ad effectum caducationis, vel respectivè transmissionis legatario ante præfinitum tempus decedente.

Et an pro tali legato, seu aliâ pro vita militia debeat interesse, quomodo, & quando. Paragium debitum feminis ex feudo an transmittatur per eas morientes innuptas.

Legitima primogeniti in feudo antiquo Regni Neapolitani, an sit tertia totius feudi, nulla facta detractioe vite militiæ, & paragii; vel potius tertia ejus, quod superest facta dicta detractioe.

Et quomodo feuda æstimentur, eorumque valor probetur.

- 1 Facti series.
- 2 De capitibus præsentionum, seu controversiarum hinc inde.
- 3 Quomodo probetur valor honorum, & quomodo testes debeat de illo deperire.
- 4 Quomodo probetur, seu firmetur valor feudorum.
- 5 Hereditas in dubio præsumitur splenda, & idonea.
- 6 In feudis Regni Neapolitani successor sanguinis habere debet qualitatē hereditis rei familiaris.
- 7 De peculiari exorbitanti natura, seu qualitate feudorum dicti Regni.
- 8 Quomodo decernantur mandata pro debitis, & legatis contra hereditatem, que allegatur insufficientem.
- 9 De decreto quatuor aularum, & Consilii Neapolitani ad favorem heredum cum beneficio inventarii, etiamsi se obligent nomine proprio.
- 10 Quomodo detrahantur debita feudatarii defuncti ex utroque patrimonio feudali, & alodiali, & de contributione.
- 11 In legitima debita filii feudatarii defuncti alteratum non est jus commune.
- 12 Legitima primogeniti in feudo antiquo est tertia pars feudi, seu triens.
- 13 De opinione Joannis de Amicis, ut sit semis.
- 14 Quomodo dictum triens sit regulandum, & an prius detrahi debeat vite militiæ, & paragii onera.
- 15 Quod paragium detrahebatur ante legitimam à toto patrimonio feudali.
- 16 Licetum est arguere à vita militia ad paragium, & contra.
- 17 Vita militia est onus feudi.
- 18 Quomodo detrahebatur sub debita feminis exclusio per statuta propter masculos.
- 19 De ratione, ob quam legitima primogeniti sit triens.
- 20 Vita militia regulatur ad normam legitimæ.
- 21 Quod in hac materia defendendum non sit feudis aliorum locorum extra Regnum, & de ratione.
- 22 Feminæ exclusæ per masculos à successione paternâ, & maternâ, non desunt esse suæ, & dos succedit loco legitimæ ad omnes.
- 23 Quomodo taxetur ibi dos de paragio, & an sit regulanda ad limites legitimæ.
- 24 Quomodo taxetur paragium debitum ex bonis feudaliibus pro monialibus habentibus modicam dotem.
- 25 Vita militia debetur etiam filio diviti.
- 26 Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde provisam.
- 27 An paragium debitum femine in feudo transmittatur, si decedat ante matrimonium.
- 28 Aliqua de generali natura feudorum dividua, & juris Longobardorum, & quare effectus sint individua.
- 29 De ratione, ob quam in primogenitiis, & majoratibus melior sit conditio feminarum pro dote, quam masculorum secundogenitorum.
- 30 An, & quando etas legatarii adjecta legato faciat conditionem, vel dilationem ad effectum caducationis, vel respectivè transmissionis, si moriatur ante ætatem.
- 31 Referuntur iura in hoc pugnantia, & datur distinctio.
- 32 Quod in casu faciat conditionem.
- 33 Ablativus absolutus facit conditionem.
- 34 Quod non sit immorandum in sabula verborum, sed spectari debeat substantia voluntatis, & de sabula jubentis vocari defunctum.
- 35 De argumentis denotantibus ætatem, seu tempus facere dilationem, non autem conditionem.
- 36 De argumentis in contrarium denotantibus ætatem adjectam esse substantiam, & facere conditionem.
- 37 Quid importet legatum certa quantitate in sorte pro vita militia secundogeniti.
- 38 De consuetudine Januensem circa ordinationem fideicommissorum, ac relinquendi bona libera successoribus.
- 39 Respondetur argumentis, de quibus, n. 35.
- 40 De cautela Socini ut legitima cadat sub fideicommissio, vel alia dispositione testatoris.
- 41 An, & quando valeat præcipuum testatoris, ut pendente solutione legati quantitas solvantur interesse.
- 42 An pro vita militia non soluta in tempore debeat interesse.

- 43 Quare pro legitima debeantur fructus ipso jure, & quando.
- 44 Etiam si vita militia convertatur in debitum fortis, non debetur interesse sine mora, & de ratione.
- 45 In Regno Neapolitano data mora pro credito quantitas debetur interesse etiam sine requisitis.
- 46 In eodem Regno non debetur interesse alterius interesse, sed debetur interesse pro fructibus census, & de ratione differentie.
- 47 Quando etiam pro fructibus census, seu tertii, neque debeat interesse.
- 48 De aliis punctis controversis remissive.

D I S C. C V I I I.

Michael Imperialis Januensis possessor Marchionatus Uritani, quem de anno 1573. David ejus pater pretio aureorum circiter 130. m. emerat à Regia Curia, sive à Sancto Carolo Borromeo ejus possessore (cujus illud memorabile legitur; quod hujusmodi venditionis pretium sibi obventum aureorum 40. mil. una die in pauperes erogavit) moriens de anno 1616. superstitibus novem filiis masculis, omnibus respectivè minoribus, pupillis, & infantibus, quorum natu minor fuit, omnium tamen ingenio, ac animi dotibus major Laurentius Davide primogenito, tam in feudaliibus, quam in alodialibus, seu burgensaticis; adhuc in minori ætate constituto, filiabus dotem reliquit, carnalibus, vel spiritalibus nuptiis congruam, & de paragio; alios autem octo filios masculos ita providit, ut scilicet usque ad ætatem 18. annorum solum viderent, & vestium haberent à dicta verò ætate usque ad illam annorum 25. ultra victum, & vestitum, aliquam honorem præstationem nobilibus juvenibus pro eorum extraordinariis currentiis dari solitam etiam per patres viventes, abinde citra usque ad 30. annos completos, illis qui in communione vivere vellent, annuos ducatos mille pro quolibet; completa verò dictæ ætate, singulis, quatenus non efficerentur Religiosi, vel milites S. Joannis Hierosolymitani, duc. 25. m. pro legitima, vite militiæ, & quacumque portione, concedendo hæredi dilationem quinquentium, intra quod ad fortis solutionem urgeri non posset, illam tamen obligando ad solvendum interem interesse ad rationem septem pro centenario, ordinata inter dictos filios reciproca substitutione pupillari, & compendiosa in portione morientis naturaliter absque filiis, vel civiliter per ingressum Religionis, ac adhibendo cautelam, quam vulgo dicitur Socini, ut volentes acquiescere dispositioni, censentur solum instituti in legitima de jure debita, pro qua ingreditibus Religionem, vel militiam ut supra reliquit tutor, s. m. Quia verò suspicabatur Franciscum unum ex dictis filiis peremptum iudicium habiturum non esse, dispositus, quod de alimentis contentus esse deberet, dando in præmissis omnibus facultatem Marchionisse Mariæ Magdalene uxori augendi, vel minuendi juxta ipsius testatoris sensum eodem communicaat.

Post mortem uxoris, ad paucos annos obiit David primogenitus, superest Michael filio infante, necnon obierunt, Anna una ex dictis filiabus innupta, & ante ætatem 30. annorum Josephus, & Augustinus duo ex dictis filiis, Michael verò, quia fuerat sub tutela, & baliatu, primò dicti Marchionisse aviæ, & secundo Caroli patris, factus major, in causam dicti legati de anno 1642. solvit præfato Carolo ducatos 12500. & Federico alteri patris ducatos 17. m. circiter, eodemque anno ab eisdem interpellatus fuit ad solutionem reliquarum, qua per eum denegata, ac opposita etiam adversus Carolum exceptionem redditionis rationum, necnon ductibus pluribus præsentionibus adversus utramque, tam ex persona propria, quam ut hæres dictæ Marchionisse matris, & aviæ respectivè, hinc plures inter eos exorta fuerunt lites, & controversiæ, tam in Senatu Civitatis Januæ, quam in Sacro Consilio Neapolitano, ad quas demum terminandas initium fuit compromissum in quemdam doctum & probatum Advocatum hujus Curie, & me de jure tantum, per Marchionem Andream dicti Michaelis ante acceptationem defuncti; innovatum cum Carolo tantum, adjecta conventionem, ut procedendum esset juxta leges, consuetudines, & stylos Regni Neapolitani, illorumque Regionum Tribunalium.

Plura verò erant hujusmodi litium & præsentionum capita hinc inde, potissima verò ex parte prædictorum Caroli & Federici actorum consistebant in assequutione residui

dicti legati, ejuisque interesse, seu fructibus, ac etiam fructibus fructuum, necnon in portionibus prædictorum aliorum fratrum, & Anna sororis, que obiit innupta, & hæc percutiebant istam materiam feudalem, reliqua enim præsentionum capita percutiebant diversas materias, & de quorum aliquibus habetur in hac eodem causa sub tit. de credito, occasione mutui, & respectivè cessionis cum Carolo tantum, & sub tit. de fideicommissis, occasione substitutionis exemplaris in portione dicti Francisci mentis infirmitatem patientis.

Quatenus igitur pertinet ad primum & principale caput assequutionis dicti integri legati ducatorum 25. m. in sorte principali pro quolibet, cum unica exceptio hæredis rei conventi consisteret in insufficientia virium hereditariarum, detractis ære alieno, sua legitima, & dotibus quatuor feminarum, ex quibus duæ in saculo, & duæ spiritaliter nuptæ erant; quæstio erat potius facti quam juris super utriusque patrimonii feudalis & alodialis statu, qui non obstantibus exactissimis diligentibus, firmari non potuit ob maximam partium discrepantiam, cum actores testibus de super Inductis supponentem assent hæreditarium importare scutor. circiter 900. m. reus verò, testibus etiam Inductis, præterderet importare solum 400. m. utraque probatione hinc inde facta imperfecta existente, nullaque die digna, cum testes ad inducendum opportunitatem ad assequutionem deponentes, aliâ non adducerent rationes, vel scientiâ causas, nisi de auditu, vel de proprio iudicio, quod nullatenus sufficere credidimus, etiam ex sola regula generali, quam habemus in quacumque materia indifferenti super valoris probatione, quod scilicet cum id consistat, non in sensu corporis, sed in iudicio intellectus, testes quavis non requisiti ostendere debent se bene informatos, bonas, & concludentes scientie causas, seu rationes assignando, ut in proposito probandi valorem bonorum in sorte principali ad effectum lesionis, vel similem, habetur, cæteris collectis, latè apud Buratt. & Aden. dec. 538. et in Pifauren. rescissionis contractus 14. Junii 1665. coram Bevilacqua; de qua causa habetur actum sub tit. de empt. & vendit. disc. 24. & ad effectum probandi valorem in fructibus habetur apud Lotter. de benef. lib. 1. q. 45. & lib. 3. q. 20. & pluries sub tit. de Beneficiis, ac sub altero de Penionibus.

Muldo magis ubi agitur de firmando statu universitatis duplicis diversi patrimonii, feudalis, & alodialis infimul commixti, cum tunc juxta illorum Tribunalium frequentem, & rationabilem stylum, non deseratur testibus, aliique ordinariis probationum speciebus, sed stant formales æstimationes cum iudicio peritorum in officium, quos ibi Tabularios appellant, cum interventu etiam & assistentia iudicis, distinguendo feudalia ab alodialibus, utpotè diversi valoris, necnon juxta regulam beneficiorum, ex libris Ætatorum aliique justificationibus faciendæ præquationem fructuum plurium annorum, ex quibus neque uniformis æstimatio in sorte resultat, sed difformis juxta nobilitatem & qualitatem ipsorum feudorum, necnon eorum situationem, aliique spectatis circumstantiis augmentibus, vel respectivè minuendis valorem, inspecta præsertim majori vel minori aptitudine ad industrias, cum similibus; & consequenter impossibile visum fuit cum hujusmodi adeo vagis & contrariis probationibus statum firmare, & successivè, certum ac determinatum iudicium interponere, an dicta utraque hæreditas feudalis & alodialis, factis detractioibus, vel respectivè in concursu faciendis ad hæc legata integre solvenda idonea esset necnè.

Hinc proinde, alio meliori modo deficiente, consensimus procedere per determinationes in abstracto, ac per quoras circa detractioes, ut deinde certificato valore per futuram æstimationem, liquidario resultaret; atque stante recepta propositione, quod in dubio hæreditas præsumitur locuples & idonea ad omnia onera & legata, donec per hæredem allegentem insufficientiam, docto de legitimo inventario illum exculante à solutione de proprio, reddantur rationes, atque allegata insufficientia probetur, Covar. in cap. si heredes, num. 9. de testamentis, & ceteri apud Buratt. & Aden. dec. 589. num. 23. & seq. Rot. dec. 512. n. 6. p. 11. rec. & seq. Ideo de censuum per ipsam hæreditatem, ipsumque hæredem de bonis hæreditariis, non autem de propriis, quatenus factis debitis detractioibus superessent, debet integrum, legatum, atque in ejus assequutione fundatam esse actorum intentionem, habitâ ratione, tam bonorum alodialium, quam feudali.

Licet enim testator non esset primus acquirens, non inde tamen hæres primogenitus præterdere poterat præcipuum

sentum ab qua iudicandi iuxta leges, consuetudines, ac stylos Regni Neapolitani; illorumque Regionum Tribunalium, unde propterea illorum erat assumere personam duorum Consiliariorum nostrum facti Consilii, ac sibi essentibus; hinc proinde cum hoc legatum penes in totum succederet loco vite militari et supra, cum portio legitima debita ex patrimonio alodiali importaret quid modicum, illudque intrinsecum paribus quoque, vel nullam, vel satis modicam in hoc opere ferentibus, examinavimus punctum, an pro vita militia in tempore non soluta deberetur interesse.

Atque primo aspectu nobis videbatur tale interesse deberi etiam quae ceteris relatis firmant Staiban. *resol. 170. & seqq.* alter Staibanus eius filius in *trati. de interesse. lib. 2. tit. 1. qu. unica.* Merlin. *lib. 2. contr. 10.* reprobando Molphes. *conf. 9. num. 30.* & alios contrarium tenentes. Comperimus tamen contrarium fuisse dictum in casu, de quo agit Merlin. *d. contr. 10. ac etiam in altero de quo Staibanus, ut ipse refert d. resol. 171. in fine.* nimirum de illa conquerendo; quodque sub die 28. Junii 1642. ita decisum fuit per Sac. Congreg. per viam legis generalis, & de qua decisio testatur de Marinis *resol. 246. lib. 2. n. 10.* & in addit. ad Reverter. *decis. 1. n. 5.* ut scilicet non debeatur interesse, nisi a die interpellationis, & post contractam moram. Et quidem id probabilius visum est, quoniam aequivoce videtur in hoc procedere cum terminis legitime, pro qua currunt fructus ipso iure etiam absque mora, cum id proveniat ratione domini fructuum productivi, eo quia legitima dicitur quota bonorum, respectu tamen bonorum fructiferorum, atque ad illorum ratam

43 iuxta terminos, & proportionem textus in *l. curabit, C. de alio. emp. et de doliis per Leonardum de usuris qu. 18. n. 19. & seq. Rovis. conf. 20. lib. 1. Orthobon. decis. 38. & 81.* quae ratio non intrat in vita militia, quae utpote inducta pro alimentis, debetur ex fructibus non aptis producere alios fructus, & in quibus non intrat praesumptio investimenti in occasiones fructiferas, & ex qua praesumptio utpote notoria, & habita pro probata, in illis Tribunalibus decernitur interesse licet cessantis, etiam non probantis requisitis, Cabren. in *l. 3. ff. de eo quod certo loco*, quoties tamen adeat mora regulari, vel irregulari.

Et quoniam in hac facti specie ista vita militia conversa esset in debitum sortis principalis, at tamen dici non potest pretium legitime competentis in bonis, vel iuribus fructiferis, quo casu, etiam pro debito quantitas currunt ipso iure etiam sine mora fructus respondentivi, tanquam ex pretio etiam sine mora fructus respondentivi contractus emptionis & venditionis, qui ita occultari dicitur, ut apud allegatos, dum ut supra dictum est, istud potius est pretium venditionis dicti iuris vitalitatis, seu extinctionis ejusdem, per quamdam speciem compositionis, adinstar extinctionis in dies practicae pensionem Ecclesiasticam, ideoque ad pretium creditum quantitas, pro quo sine mora, etiam in illis Tribunalibus indubitatum est nullum interesse deberi. Posita vero mora regulari, vel irregulari, sive debitum proveniat ex causa legali, seu etiam ex causa mutui, passim ibi decernitur interesse absque necessitate illius extrinsecae justificationis

45 dictorum aliorum requisitorum, quae desiderantur in Curia, cum ibi ex more regionis habeantur pro probatis, ut pluries in sua materia *sub tit. de usuris*; Et propterea a die interpellationis, & non antea, post elapsum dictum quinquennium decrevimus tale interesse assequendum ex fructibus bonorum haereditariorum, de quibus haeres reus convenit teneatur reddere rationem, illudque decrevimus ad eandem rationem septem pro centenario, tum sequendo taxam ipsiusmet testatoris, tum etiam, quia attenda praesertim illorum temporum conditione, illud esset interesse iustum, & moderatum, adeo ut non ad minorem rationem per illud Sacrum Concilium decerni soleat, ut testatur Capyc. *Latr. dec. 21. nu. 10. post medium*, & videtur habere speciem notorii in regione in illis Tribunalibus.

Omnino autem rejicimus praetensionem interesse dicti alterius interesse, quoniam illud solum in illis Tribunalibus decernitur pro fructibus censuum, quos ibi vocant *tercias*, ex ea probabiliori ratione, quod cum fors principalis census sit irrepebilis, ac demortua, ipsi fructus habent speciem fortis principalis stantis de per se; Et ex qua ratione, seculo obfuculo formae praescripae per Bullam Pii V. probabilis est opinio, quae in illis Tribunalibus tenetur, convertendi tales fructus in sortem principalem, fecus autem ubi agitur de interesse accessorio ad debitum quantitatis repetibile, ob solam rationem morae, quoniam tunc in illis quoque Tribunalibus interesse alterius interesse non debetur, ut ceteris relatis, praesertim ex magistrali *decis. Franch. 254.* plene fir-

natur per Capyc. *Latr. consult. 59.* & per Rovit. *dec. 9.* quae prodit in eodem casu de quo agit Capyc. *Latr.* Idque adeo verum, quod licet pro fructibus census debeatur interesse, ut supra, at tamen, cum ex illorum Tribunalium stylo, de cocto debitoris, seu formato concursu in eius bonis, contractus censuales habeantur pro rescissis, oxinde sequitur, quod pro forte ita effecta repetibili, & conversa in creditum, donec sequatur illius solutio, debetur quidem interesse ad eandem rationem, ad quam controverti crant fructus census, sed non debetur aliud interesse, ut advertitur apud Rovit. *in pragmat. tertia de cessione bonorum, n. 20. & seqq.*

De pluribus autem aliis praetensionum capitibus hinc inde actum fuit, quorum major pars consistebat in nudo facto, de iis vero, quae aliquam juris inspectionem habent, actum habetur in hac eadem causa, *sub tit. de fidei commissis*, super puncto substitutionis exemplaris in persona Francisci imperfecti, & *sub tit. de credito* in Januen. cambii, seu cessionis super puncto mutui, & cessionis respectively inter folium Carolum, & Marchionem Gabrielem juniorem.

ANNOTAT. AD DISC. CVIII.

Non acquirere haereditas Caroli laudo, quamvis in plerisque paribus esset eius favorabile, quodque ad componendam huiusmodi diuturnam litem, aliquod arbitrium ad eorum favorem potius dilatatum esset, unde curarunt committi causam appellationis in Rota coram Rodinino, coram quo super canonizatione, & executione laudis, duae prodierunt resolutiones, sub diversa tamen nuncupatione, Neapolitana, seu Januen. Laudi 12. Junii 1671. & 18. Martii 1672. ad quarum normam, expedito mandato exequutivo in vim obligationis contentae in compromisso, illoque canonizato per Signaturam Iustitiae cum clausula, sine praedictis executionibus, coram Albergato, ac dato dubio, an dictum decretum Rotalis esset confirmandum, vel infirmandum, pro infirmatione responsum fuit, sub diebus 10. Junii 1675. & 1676. ex capite iustitiae laudi in ea parte, in qua negatur transmissio legati scutorum viginti quinque millium, per eos, qui ante etatem a Testatore in conditione positam obierunt, quasi quod expresse contrarium disponat *text. in l. Sejus Saturninus, ff. ad Trebell.* relervandum videtur de aliis capitibus, & an laudum ob individualitatem contraxerit in totum. Quare ubi Deus superventum concedat, expectabitur ulterior progressus, ac exitus, & forte infra cum discursu particulari aliquid adnotabitur, quamvis Ego in causa non scripserim, neque aliquam habebim applicationem, quoniam licet ex parte Marchionis fuerim requisitus ad scribendam, nullaque adesse prohibito sublinere coram Iudice appellationis, vel recursus proprium iudicium arbitramentale, adhuc tamen abstinere volui.

Et de vita militia, de qua agitur in praesenti *disc.* habetur etiam infra in hoc Supplemento, *disc. 124.*

NEAPOLITANA, SEU BENEVENTANA ASSISTENTIAE, PRO MARCHIONE RINUCCINO CUM MONTE MISERICORDIAE NEAPOLIS.

Responsum.

De validitate Regii assensus super obligatione feudorum impetrati post mortem contrahentis absque novo consensu haereditis. Et quid ibi impetratus est eo vivente, sed expeditus post mortem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De iudicio assistentiae praestitae in Regno Neapolitana.
3 De remedio associationis, & an competat etiam contra tertium.
4 Quod idem sit assistentia, ac associatio.
5 Vel quod idem ac Sabianum.
6 Quod potius consistat mixturam trium remediorum, nempe praedictorum, & hypothecariae, sed semper hypotheca est necessaria.
7 Super feudis in Regno Neapolitano non datur hypotheca, vel quodcumque aliud ius absque Regio assensu.
8 Assensus non suffragatur, nisi sit expeditus in forma Regia Cancellariae.
9 Ex assensu regulari hypothecae, unde etiam creditores here-

- haereditas cum assensu vincunt creditores defuncti sine assensu.
10 Assensus imperatoris post mortem debitoris est invalidus, & de ratone.
11 Quid favore dotis, referuntur opiniones hinc inde.
12 Quid si est obtenta Regia decretatio in vita, sed post mortem expeditur in forma Regia Cancellariae.
13 Gratia dicitur eo ipso perfecta per solam Signaturam.
14 Quare, & ad quos effectus necessaria sit expeditio litterarum in beneficis, ac pensionibus, & aliis gratiis.
15 An beneficiatum Apostolicum non exequuntur profici, si Prelatus decedat.
16 An conclusio, de qua n. 10. procedat contra Ecclesiam, vel privam causam, vel potius ei suffragetur limitatio, de qua num. 11.
17 Examinatur dicta limitatio, de qua num. 11. favore dotis an sit vera.
18 In prohibitis ante assensum perficientem contractum licita est penitentia.
19 Quod conclusio, de qua num. 11. procedat de usu, seu stylo particulari.
20 Consuetudines non extenduntur.
21 Privilegia competentia doti, vel pie cause, quomodo, & quando procedant ac intelligenda sint.

D I S C. C I X.

DE mense Junii 1590. Albericus Carafa ut emerit, vel redderit feudum Gildone, imposuit censum in sorte duc. 4. m. ad favorem montis Misericordiae, cui de mense Julii sequenti accesserunt cum oblatione aequae principalliter & in solidum, Octavio, & Oliverius etiam de Carafis, obligantes in forma omnia corum bona tam feudalia quam allodialia, seu hereditaria, de mense autem Septembris sequenti ab Octavio possessore feudis Basilicis, superpariter sequentis, Albericus tam suo, quam coobligatorum nomine Regium assensum in forma consueti Regiae Cancellariae super dicto instrumento censuali impetravit. Cum autem Isabella praedicta, cum Regio assensu in forma valida deinde vendidisset dictum feudum Basilicis Marchioni Rodolpho, quo transiitum fecit in Marchionem Rinuccinum, contra istam administratores dicti Montis super dicto feudo in vim dicti instrumenti censuali Regio assensum supra vallati in sacro Consilio Neapolitano obtinuerunt assensum tanquam in bonis dicti Octavii debitoris, cum subsequuta etiam executione, unde eius omnimodam confirmationem, eisdem Marchionis rei conventi despatio steterunt, advertebant ad dicti Regii assensus inefficaciam ob eius impetrationem sequamur post mortem praefati Octavii, unde merito consuluerunt abstinendum fore ab ulteriori executione jam conclusa transactionis, quare desuper pro parte dicti Marchionis pro veritate de meo iudicio consultus;

Respondi, quod nisi aliae ignotae concurrerent facti circumstantiae, praesuppositaeque hac facti serie, clarum videbatur, dictam sententiam in iudicio assistentiae cum omnino esse solidam, quaequid esset super natura, seu quidditate huius iudicii assistentiae in eo Regio inducitur, & praticati ex *pragmat. 1. eod. tit. de assistentia*, super qua ult. partium *pragmat. carum generalia* commentaria Rovit. tractatu, de credito, alique Regnicola frequenter, an scilicet contineret simplex remedium associationis ex *l. 3. C. de signis quae 94. Barbat. d. v. ad d. assistentiae*. 5. *Cenc. de censibus quae 94. Barbat. d. v. ad d. assistentiae*. 5. *Cenc. de censibus* praesertim in Bimuntina census coram Corrado *decis. 373. part. 9. reposit.* in Romana census coram Bichio 26. Junii iuncta ceteris *decis. 149. & 150.* post *Cenc.* & sapienter competere etiam contra tertium possessorem titulo singulari, atque hoc iurepassim vivitur in Curia, quaequid in contrarium teneant deducit apud Ann. *alleg. 147. & Rovit. pragmat. 1. de conservator. in fin.* Quasi quod idem sit assistere ac associari, capiendi hoc vocabulum assistentiae, pro illa quam iudex ita praestet concedendo familiam associationem, ut creditur Rot. pluries praesertim in Juvencana, seu Melphiticae bonorum 15. Januarii 1646. coram Corrado in principio *impress. post contr. 27.* licet quandoque crederetur esse idem ac Sabianum, praesertim in Licen. coram Veropio *decis. 251.*

part. 11. recent. vel potius, ut verius videtur, continet quamdam mixturam, tam dictorum duorum remediorum, quam alterius hypothecariae, ut plene discitur Rovit. *super de pragmat. 1. de assistentiae*. & habetur actum pluries *sub tit. de iudic. hoc unum est*, quod quacumque opinione rector, semper pro necessario & essentiali requisito adesse debet hypotheca illorum bonorum, super quibus illa petitur tanquam talis iudicii fundamentum.

Absolutum vero est super feudis existentibus in dicto Regno, nedum ob generalem prohibitionem juris communis feudorum contentam in *c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Feder.* sed per aliam particularem latius parentem contentam in Constitutione incipiente *Constitutionem divae memoriae quae utriusque Siciliae citra & ultra Regni communis est*, non dari feudorum hypothecam, vel quodcumque ius in re, vel ad rem absque Regio assensu, ita ut excepto casu refutationis purae & non pactatione in proxime successurum, alicujus tamen contractus cpharentia vestire, non detur casus validi contractus super feudis absque dicto Regio assensu, qui non sufficit concessus per Regiam decretationem, nisi expeditur etiam ejus privilegium in forma Regiae Cancellariae juxta illarum pragmatiarum expressam dispositionem, atque ex Regnicolorum communis sententia firmatur etiam per Rotam coram Dunozeo *inter suas decis. 622. & 604.*

Unde propterea, cum assensus sit ille, qui animat & informat actum, atque hypothecae impressionem causat, exinde resultat absolutum & in praxi quotidianum principium, quod creditores cum assensu, quamvis posteriores vincunt anteriores illo carentes, seu cum habentes posterioriorem: Quinimo quod magis, rejecta opinione, quam tenent Anna *allegat. 30.* Capyc. *Latr. consult. 99.* & ceteri apud eos, magis recepta est opinio, de qua Georg. *alleg. 18.* Theodor. *alleg. 83.* & alii, ut in feudis locum non habeat titulus de separatione bonorum, ideoque contra juris communis receptissimam regulam, quam habemus in bonis allodialibus indifferentibus, creditores haereditas cum assensu vivunt in feudo quamvis haereditario creditores defuncti sine assensu.

Quibus ita stantibus, de plano refutabat in hac facti specie quoad bona feudalia dicti Octavii, de quibus agebatur, defectus hypothecae, & consequenter ineptia dicti iudicii, non obstante Regio assensu, ut supra in dicto contractu censuali, expedito, utpote impetrato de mense Novembris, & sic post mortem dicti Octavii defuncti de mense Septembris praecedentem, unde non accedente novo consensu haereditis, ille remanet invalidus & inefficax, ex ea clara ratione, quod cum assensus sit, ut supra, ille, qui informat & animat actum, qui proinde est reputandus ex uno tanquam novus, & de tempore ipsius assensus ex integro gestus, id non remanet verificabile ex defectu extremorum, seu consensuum, cum jam defecta sit, atque in rerum natura amplius non existat persona debitoris contrahentis, juxta receptissimam theoriam *Interim in d. cap. Imperialem, nu. 15. & 16.* & in addit. de qua ceteris relatis Capyc. *Latr. consult. 52. & decis. 137. n. 15.* Gizzarell. *dec. 2. in princip. Rovit. pragmat. 1. de fidei memorialium in princ. de Marin. resol. 25. lib. 1. pariter in princ.* & in addit. ad Reverter. *dec. 368. num. 2.* Salgado in *labyr. part. 1. cap. 33. num. 1. cum seqq.* & omnes absque controverfia, quo solium esse videtur circa limitationem tradi solitam favore dotis, an scilicet ex istius privilegio obtineri possit assensus etiam post mortem debitoris, quod negat Aponte *de pascif. prolegis. II tit. de assensu super doti. 8. 1.* & sequitur Salgado in *labyr. ubi supra*, ex nu. 12. ubi hanc opinionem plene tueri studet, quamvis in Regno magis communis & recepta videatur affirmativa, ut per Loffred. *conf. 31.* Molphes. *conf. 3.* Franch. *decis. 86. 126. & 260.* Montan. in *cap. Imperialem, nu. 206.* de Marin. ad Reverter. *decis. 228.* apud quos concordantibus, ex ratione, de qua infra nu. 17.

Tunc autem subsequens mors debitoris non tolleret validitatem, seu efficaciam Regii assensus, quando ille jam obtentus esset cum Regia decretatione ipso debitoro vivente, 13 sollemnitas autem perficiens actum expeditionis in forma Regiae Cancellariae sequeretur post mortem, ut advertit Rovit. in *pragmat. 1. de fidei memorialium num. 3.* & merito, per solam decretationem, seu applicationem signatam, expedito autem litterarum est sollemnitas extrinsecae ex eadem Principis lege requisita pro interesse officialium, ac ad alios effectus, potius pro executione & effectu gratie, quam pro ejus substantia, Cassador. *decis. 4. de caus. poss. & prop.*